

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej**

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. 3068 III, k. 28ra–28rb

Odczyt: Maciej Mikula

Artykuł 45 [Gn. 40]

[45] <sup>a</sup>De hereditate et possessione.

Regula iuris. Possessor male fidei ullo tempore non prescribit. Item pro possessore habetur, qui dolo desivit possidere. Non confirmatur tractu temporis, quod de iure ab inicio non subsistit. Regula iuris. Successorum naturam sequi congruit principalis. Item ius naturale ante omnia obtinet privatum.

Capitulum XLIII<sup>a</sup>

Conqueritur vir super alterum pro bonis, quod sua vera sit hereditas, et quod ille teneat cum iniuria, et quod vera sit successio a patre, vel ab alio [k. 28rb] suo cognato, aut suo predecessore, et si ille comparet super quem querela proposita fuerit, et dixit habere bonorum defensorem, et bona possiderit anno et die pacifice et quiete, contradicione<sup>b</sup> qualibet non obstante et est iuste et ritte meum predium censuale, ipsum oportet defensorem nominare et ad dies statuere, si potest. Et cum defendente seu defensore conservat sua bona in eo, si defensio fuerit, ut iuris est, a defensore. Si autem defectus fuerit in defensore, actor observat suam legalem possessionem in bonis eiusdem, quia quivis homo suam innatam servat hereditatem sive naturalem porcionem, facilius quam alter emptam hereditatem datam, aut obligatam hereditatem, aut datam proprietatem, aut predium censuale, cum impossibile sit aliquem naturali porcione defraudari.

<sup>a-a</sup> czerwonym inkaustem; <sup>b</sup> w rkp. contradicionem

[hasła: skarga, nieruchomości, dziedzictwo, spadek, ojciec, krewny po mieczu, spadkodawca, spokojne posiadanie, świadek, rok i jeden dzień, termin, prawo naturalne]